

De vana spe et elatione fugienda. Ca. vii
Anus est qui spem suam ponit in homine
et in creaturis. non pudeat te alijs seruire
amorem ihu xpi et pauperem in hoc seculo vi
deri. non stes super teipsum: sed in deo spem tuam co
stitue. fac quod in te est. et deus aderit bone vo
luntati tue. Non confidas in tua scientia vel cuiusque
astuta viuētis. sed magis in dei gratia qui
humiles adiuvat et de se presumētes humili
at. ne glorieis in diuicijs si assunt. nec in ami
cis qui potētes sūt. sed in deo qui omnia prestat et
seipsum super omnia dare desiderat. non te ex
tollas de magnitudine vel pulchritudine cor
poris. que modica infirmitate corrumpit et de
sedatur. non placeas tibiipsum de abilitate aut
ingenio tuo. ne displiceas deo cuius est totum
quicquid boni naturaliter habueris. non te
reputes alijs meliorem. ne forte coram deo de
terior habearis. qui scit quid est in homine. ne
supbias de operibus bonis. quia aliter sūt iudi
cia dei quam hominum. cui sepe displicet quod homini
bus placet. Si aliquid boni habueris crede se
alijs meliora ut humilitatem cōserues. Non
nocet si te omnibus supponas. nocet autem
plurimum si vel vni te pponas. Iugis pax cum
humili. In corde autem superbi zelus et indig
natio frequens.